


Nf. 24.



180
IOANNIS HENRICI BECKERI
PHIL. ET MED. DOCT.

PROGRAMMA DE MOTU EIVSQVE CAVSSIS

PRÆLECTIONIBVS SVIS PER SEMESTRE
ÆSTIVVM

Anno MDCCXXXVI

HABENDIS PRÆMISSVM.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

Typis IOAN. CHRISTIANI HILLIGERI, Acad. Typogr.

K.

JOANNIS HENRICI BECKERI

HABEAT MAM DOCT

PROGRAMMA

DE

MOTIVIS
CAYANIS



ANNO MDCCCLXII

LIB. IOANNI CHRISTIANI HILGERI CANTAB.



Beneuolo Lectori.

S. P.



Cripsi ante aliquod tempus⁹ dissertationem inauguralem de Natura corporis humani. Demonstraui in ea animam nostram non posse movere corpus nostrum. Ad quod thema ulterius elucidandum , sequentia Programmatis loco conscribere operæ pretium esse arbitratus sum.

§. I.

Quocunque celeritatem & directionem alterius entis in motu constituti mutare valet illud communis usu loquendi Vim habere afferitur.

§. II.

Cum igitur Vis dicatur id, quod continet rationem sufficientem actualitatis actionis cuiusdam (p. princip. Philos. prim.) sequitur, ut per Vim nihil sit aliud intelligendum quam conatus quidam agendi.

§. III.

Agere, excepto unico Deo dicitur id, quod statum suum mutat. E, Vis est conatus statum suum mutandi (§. 2.)

) (2

§. IV.

§. IV.

Omnia illa entia composita ex quibus tanquam partibus componitur mundus, quæque Corpora dicuntur, celeritatem & directionem alterius mutare valent (p. exp.) E. omne corpus gaudet Vi (§. 1. 3.).

§. V.

Corpus dicitur agere non solum quando in motu constitutum est, sed etiam quando pressionem quandam exserit, sic v. g. omnia corpora quatenus gravitate sua premunt, deorsum agere dicuntur, ubi tamen nihil obseruamus quam conatum s. tendentiam ad centrum terræ s. cadendi. E. actio corporis nil est nisi conatus s. tendentia quædam mutandi statum suum (§. 3.).

§. VI.

Vis E. & actio corporis sunt eadem (§. 3. 5.).

§. VII.

Spatium est ordo simultaneorum. In uniuerso mundo dicitur deprehendi spatiū E. in mundo nostro nullibi non dantur simultanea. Quicquid occupat spatiū debet esse compositum E. ubiuis in mundo debent esse entia composita, cumque hæc mundum tanquam partes consti- tuant, patet ubiuis in mundo existere corpora (§. 4.).

§. VIII.

Hinc securè concludimus nullum dari corpus, quod non circumstent infinite multa alia corpora (§. 7.).

§. IX.

Motum dico mutationem loci. Cum igitur entis compositi mutationes omnes fiant per motum (p. princ. Ontol.) sequitur, ut, si quæ fieri debeat status corporis mutatio, necesse sit eam consistere in mutatione loci (§. 4.). E. nimvero omnis locus in mundo occupatus jam est ab alio corpore (§. 8. 7.) E. si status corporis mutari debeat, necesse erit ut locus alterius cuiusdam occupetur.

§. X.

§. X.

A^ctio igitur corporis est conatus occupandi locum alterius (§. 9.5.) qui vel in uno l. pluribus momentis sese exserit, & quorum ultimus præsertim est corporis in motu constituti.

§. XI.

Corpus non datur sine Vi (§. 4.) E. corpora sunt in perpetua actione (§. 6.5.)

§. XII.

Corpus resistere dicitur quatenus impedimentum præbet, quo alterius corporis motus sese exserere ulterius nequeat, id quod perpetuo receptus loquendi usus, satis superque confirmat. E. corpus resistit, quatenus determinat (p. princip. Ontolog.) celeritatem atque directionem motus alterius, quæ sunt conditiones motus (p. princip. Phys.) E quatenus habet vim (§. 1.)

§. XIII.

Resistentia E. est vera quædam actio corporis (§. 12.6.5.) & quia actioni alterius corporis agentis semper contraria est (§. 12.) commode sub reactionis titulo venire solet.

§. XIV.

Omnia corpora sunt in penetrabilia (p. experient.) hinc necesse est, ut omnia corpora tanta vi resistant, quanta aliud quoddam in illa agit. E. omnis actio in corpus æqualem habet reactionem (§. 13.)

§. XV.

Cum adeo omnia corpora sint in perpetua actione (§. 11.) & ubiuis dentur corpora, (§. 7.) sequitur ut omnia corpora sint in perpetua reactione (§. 14.)

§. XVI.

Ex §is 11. 14. 15. collatis patet verissimum esse illud assertum: Corpora versus omnes plagas agunt s. tendunt & quidem æqualiter. Plaga enim nihil aliud dicitur quam quæ-

vis linea recta perpendicularis a corpore quodam ad quodvis punctum ducta, adeoque nulla datur ratio, quare versus hanc potius quam illam tenderet plagam, cum ex idea linea recta eiusmodi quid haud concipere possumus.

§. XVII.

Ex hac tenus dictis patet caussam motus immediatum seu proximam esse tendentiam corporis versus quamcunque plagam. Quia vero corpus in mundo nostro adspectabili solitarie considerari nequit, sed semper in nexu cum aliis corporibus (§. 8. 7.) haec vero perpetuo aequali praebeant resistentiam, quo minus motus evenire possit, sequitur ut ad producendum quendam motum necessario accedere debeat alia adhuc quædam caussa occasionalis.

§. XVIII.

Causa E. motus occasionalis est resistentia aliorum corporum in ea plaga resistentium, quam versus corpus moueri debet, minor facta, quam tendentia corporis mouendi. (§. 17.)

§. XIX.

Hinc si corpus quoddam moueri debet, necesse est, ut resistentia imminuat (§. 18.) & cum haec non nisi per aliam actionem in corpus imminui possit (§. 14. 13.) sequitur ut actio quædam in corpus mouendum antea fieri debeat.

§. XX.

Nec minus ex §. 19. 18. patet nullum motum fieri posse, ubi nulla est resistentia. Necesse enim omnino est ut & corpus mouendum & illud ens quod mouere conatur, resistant sibi inuicem.

§. XXI.

Si iam ponamus motum aliquem corporis fieri debere necesse erit, ut illud ens, quod motum producere vult, contin-

tingat corpus mouendum. Nisi enim contingat nullam actionem in corpus exseri ex Cosmologia uniuersali cuius patet, cum tamen eiusmodi actio haud possit excludi si corpus aliquod extra quietem ponendum sit. (§. 19.)

XXII.

Nullus contactus fit, nisi adfuerint partes quædam extra se invicem-existentes, quæ cum in immaterialibus non deprehendantur (p. def. immater.) sequitur ut nullum ens immateriale corpus quoddam contingere queat. Nullum E. ens immateriale motum quandam corporis producere valet (§. 21. 19.)

§. XXIII.

Celeritas est determinatio motus ratione temporis & spati simul.

§. XXIV.

Quantitatem actionis dari ipse loquendi usus comprobatur, eamque Impetus titulo insignire solent Physici.

§. XXV.

Massa corporis dicitur numerus partium illius constitutum, & quantitas partium illarum certum quoddam spatium occupantium Densitas audit; hinc massam corporis cuius daminvenire licet, si spatium per densitatem multiplicetur.

§. XXVI.

Impetus corporis est factum ex massa in celeritatem, si corpus in quiete est (p. princip. Phys.) si vero corpus in motu constitutum sit, impetum illius esse factum ex massa in quadratum celeritatis Ill. Leibnitzius primum demonstravit, & vel exinde aliquatenus probatur, quia major est actio corporis alicuius si mouetur quam si non mouetur. (p. experient.) Perfectam hujus regulæ demonstrationem hic loci tradere minus commodum est, sed dabimus eam aliquando in prælectionibus Physicis.

§. XXVII.

Ens immateriale non constat ex partibus (§. 22.) E. nulla datur illius massa (§. 25.) si E. Ens immateriale mouere debeat corpus, impetus eius ex mera celeritate constet necesse est (§. 26.) per celeritatem tantum sit motus cuiusdam determinatio (§. 23.)

E. iam

E. iam debet adesse motus (p. princ. contradicit.) omnis motus præsupponit resistentiam mouendi & mouentis (§. 20.) siue E. ens immateriale moueat siue moueatur debet resistentiam exserere: resistentia est actio quædam in corpus (§. 13.) adeoq; præsupponit contractum (§. 21.) quem cum ens immateriale præstare non valeat (§. 22.) sequitur ut nec corpus inovere, nec a corpore moueri possit. (§. 19.)

§. XXVIII.

Anima nostra cum sit immaterialis ex omnium fere unanimi consensu, sequitur ut corpus nostrum mouere æque ac a corpore nostro moueri haud possit (§. 27.).

§. XXIX.

Cuius E. lectori relinquo, ut iudicet de mea sententia, prout æquitas jubet. Interim nemini sententiam meam obtrudam; ego sentio, ut ratione conuincor, quilibet credat quid velit. Veritas tamen est & manebit veritas in æternum.

§. XXX.

Quo autem quiuis dissertationis meæ Inaugur. mentem distincte inspicere valeat, animus mihi est, eam semestri hoc astiuo honoratissimis & suauissimis meis commilitonibus binis per septimanam horis explicare, & quæ in illa afferuntur ex primis suis fundamentis repetere, & simul ad ea argumenta amice respondebo, quæ contra illam formari poterunt. Nec minus hoc Semestri priuatim explicabo PHYSICAM adductum Cel. Hambergeri Element. Physic. edit. II. & MATHESIN puram duce Ill. Wolfio in lib. suo, cui Titulus: Auszug aus den Anfangs-Gründen xc. eique si Deus vires & vitam concederit subiungam futura hieme Matheſia applicatam, quo firmum habeant auditores Philiatri fundatum, cui eo facilius & felicius per' futurum Semestre Systema Medicum superstruere possint, quod peculiares obrationes, quasq; coram indicabo, per hanc æstatem non explicabo. Nec denique deero, quin in cursum Philosophicum ullamve Philosophiæ partem prælectiones meas instituam, si qui fuerint, quibus eo gratum fecero. Valete interim Commilitones suauissimi, & mihi meisque laboribus pro singulari vestra humanitate fauete. Dabam Halæ Sax. d. XXI. Apr. Ao. MDCCXXXVI.

Ja 1586

ULB Halle
001 508 687

3



St

VDN8

VDN7

